

tulit Deo Largitore, Cæsare & Maximis
Europæ Principibus admirantibus & ap-
plaudentibus, sine ulla cæde & sanguinis
profusione, quo alioqui non modo tingi
sed penitus infici nova regna consueve-
runt: Et fines Provinciarum suarum auxit
Rex Sapientissimus, Principatibus Arausio-
nensi & Meursiæ ditionibus Ipsius accre-
scentibus, Lingæ item Buhæ & Leerdami
Comitatibus, Vehæ, Vlisingæ Marchiis,
Bredæque Dynastia, ad Titulos & Provin-
cias *Regis Summi & Potentissimi* acceden-
tibus. Quæ singula pari virtute conservat
Rex Sapientissimus quam parta sunt, atque
contra invidiam & seculi mala invictus tue-
tur. Eadem etiam felicitate à *Friderico*
Gvilhelmo Regni & Electoratus Herede
Celsissimo hæc omnia conservanda non si-
ne arduis rationibus credimus atq; omina-
mur, Sapientiæ *Friderici* & Fortitudinis
Friderici Gvilhelmi Herede unico. Jam
Augusti Nominis Friderici, quod omnem
pacis opulentiam divitiasque omnes in se

D

com-